



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Sacramentalia ad quid prosunt. tit. 80

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Deum & verbum potuisset expediuisse? Ad quid opus fuit mulieri tactus simbriæ, Mat. nono, Marc. 5. ? Lutum, quod fecit Christus in illuminatione cæci nati, Ioann. 9. ? Sudaria Pauli, Actor. 19. ? Voluntas ergo Domini est, qui per talia media sua beneficia vult distribuere: non Chrisma vel oleum facit virtutem, sed Deus per hæc media, sicut per aquam baptismi operatur, & quod sic operatus est, testatur Euangelium. Si enim DEVS naturalem dedit virtutem rebus sanandi corpus, cur non per hæc media poterit conferre spiritualia medicamenta? Non ligatur salus ad illa media & traditiones, sed ad Dei gratiam, quæ per hæc operatur. At dices: Sola fides sufficit ad impetrandam omnia. Respon. Fides nihil apprehendit sine medijs. qui ergo media respuit, nec effectum gratiæ acquirit & cæt. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt, Roma. 13.

*SACRAMENTALIA AD*

*quid profint.*

TITVLVS LXXX.

**E**Ctæ nobis imponunt, quia committimus idololatriam, exercemus artem veneficam, aut circulatoriam, quia consecramus herbas, palmas, lumina, cibos, campanas, & cæt. Sed nos Catholici scimus, quod dedit nobis DEVS verbum suum sanctum ad multos effectus.

Primò, vt illi credamus omnes in toto mundo, vt saluemur, sicut CHRISTVS dicit Luc. vndecimo. Beati qui audiunt verbum Dei, & cæt. vt nos consolemur, & Sathanæ resistamus. Marci vltimo: In nomine meo dæmonia eijcient.

Secundò, datum & relictum est nobis verbum Dei, vt per hoc consecremus Sacramenta sancta. Nam per illa vult Deus nobis distribuere spiritualia dona, id

P p 4 est, re-

est, remissionem peccatorum per baptismum, Acto-  
rum 8. Per confirmationem robur, Acto-  
rum 8. per ordinem  
doctrinam, 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo de-  
per Eucharistiam, consecrationem in fide & eius co-  
pore mystico, Ioan. 6. Per pœnitentiam, reconcilia-  
tionem cū Deo, Mar. 1. Pœnitementi, &c. Per vñctio-  
nem peccatorum contractorum, Iacob. 5. Marci  
Matrimonio excusamur à peccato, modò ipsum le-  
gitimè contraxerimus, neque contra Tobie sequi  
agimus. Hebr. 13. Thorus immaculatus. Vt igitur  
multis gratiarum donis certificaremur, statuit Sa-  
menta Christus, & illa verbo suo consecrauit, &c.  
Elementa Sacramentorum, vt Baptismi aque, Eucha-  
ristie panis, oleum chris-matis sanctificantur per ve-  
bum & orationem, 1. Timot. 4. vt sint media, per qua  
Deus operetur suam gratiam. Non hoc faciunt Ele-  
menta Sacramentorum.

Tertiò hoc eodem verbo Dei consecramus her-  
bas, cibos, aquam, sal, lumina, campanas, &c. Prima  
vt hoc idem verbū Dei quo consecratur creatura, op-  
retur aliquod donū in credente & sumente, siue co-  
porale, siue Spirituale. Nō creatura operatur, sed ve-  
bum Dei: Nam Deus promittit verbum suum non  
dire vacuum, vbi prolatum fuerit, & quòd debeat  
nere in æternum, Esa. 55. & 40. Ad verbum igitur  
respectus, & non ad ipsam creaturam: si videro crea-  
turam consecratam, recordor Dei & verbi sui: & ip-  
dirigo in Deum, &c. ideò non est idololatria vel ve-  
neficium. Deus est qui operatur omnia in omnibus,  
1. Cor. 12. Manet quoq; consecratio vsq; ad consum-  
ptionem creaturæ. Non recedit verbum à creatura  
consecrata, sicut faber à domo non ædificata.

Præterea Deus concreauit & donauit herbas, la-  
pides, Elementa varijs virtutibus contra varias in-  
firmitates hominum & animalium: nunquid nō am-  
plio-rem virtutē donat Deus verbo suo, vt operetur  
creatu-

creatura ad commodum hominum, varia dona spiri-  
 tualia & corporalia, sicut sonant orationes & conse-  
 crationes, quæ fiunt super creaturas? sic consecratur  
 baptizandus verbo Dei, vt Diabolus exeat, & illum  
 ultra non impugnet. Lumina, ad incendendum in  
 nobis lumen fidei, & expugnandas tenebras & erro-  
 res sathanæ. Cineres, vt spiritu pœnitentiæ & con-  
 tritionis donemur. Palmæ, ad memoriam victoriæ  
 Christi, & quatenus victoriam obtineamus contra  
 sathanam & peccatum, &c. Sic etiam herbæ conse-  
 crantur, quatenus corporis & animæ sanitatem su-  
 mentes accipiant &c. Vide latius præcedentem pa-  
 ginam, vnde veniat vnctio Chrismatis. Summa, Deus  
 per varios modos vult distribuere gratiam suam, &  
 per multa media, &c.

DE SIGNACVLO SAN-  
*ctæ crucis.*

TITVLVS LXXXI.

**R**imò notādum, quòd ab initio Eccle-  
 siæ apud Christi fideles semper fuit in  
 vsu, omnia signare & facere signaculo  
 sanctæ crucis, non solùm in sacrificio  
 & sacramentis, sed etiam in omnibus  
 Christianorum actionibus: omnia sacerdotis myste-  
 ria & consecrationes, crucis figura perficiuntur, sed  
 iniquis: Ob quam causam? nūquid aliqua virtus in-  
 est tali signo crucis? Respond. Non ad ipsum signum,  
 sed ad eum qui pependit in ligno crucis, fides & de-  
 uotio semper respicit, qui & effectum tribuit, eò qd  
 patris obedientiam compleuit, Phil. 2.

Secundò, quoniam sancta fides nostra est, quòd  
 Christus vicit in cruce sathanam, peccatum & mor-  
 tem, sicut Apostolus ad Ephe. 2 dicit, per crucem in-  
 terficiens inimicitias, &c. Coloss. 1. Omnia pacificans  
 per sanguinem crucis eius. Subindè, quoniam sa-  
 thanas

Pp 5